



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 113. Titulus XLVI. De Conciliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Canon V. *A duellis sub pœna ex-communicacionis abstineant.* Sæcul. XVI.
A. C. 1584.

Canon VI. *In vestitu omnem fastum, curiosum ornatum, tum sparsos, ac tortos crines, cauponas, & alia similia, item Sphæristeria tempore præsertim divini officii relinquunt.*

Canon VII. *Usurarii omnes tanquam Christianæ charitatis inimici, præsertim vero pauperum oppressores, publice in parochialibus Ecclesiis, diebus Dominicis de peccati gravitate admoneantur: moniti, si non respiscant, ad judicem deferantur, perseverantes, communione, & sepultura Christiana priventur.*

Canon VIII. *Usurarii non absolvantur, nisi prius quæstus illiciti cupiditati renuntiaverint, & quæcunque impie extorserunt, se, quibus sustulerunt, pro viribus reddituros polliciti fuerint.*

§. CXIII.

Titulus XLVI. De Conciliis.

Denique titulus quadragesimus sextus, ac postremus agit de Conciliis, ac per sequentes sex Canones hæc præscribit I. *Concilia provincialia tertio quoque anno, aut alio commodiore tempore indicantur, & ad ea omnes Episcopi Suffraganei conveniant, qui non adfuerint, tertia parte fructuum sui Episcopatus piis usibus applicanda multentur,*

Hist. Eccles. Tom. I.

O

&

Sæcul. XVI. A. C. 1584. *Et communione fratrum interdican-
tur: con-
veniant præterea omnes, qui de jure, vel
consuetudine interesse debent, sub pœnis a
jure statutis.*

Canon II. *Statuta Concilii Provin-
cialis ab omnibus metropoli subditis ob-
serventur, sub pœna excommunicationis,
Et alia Ordinarii arbitrio infligenda.*

Canon III. *Synodus Episcopalis sin-
gulis annis celebretur, secundum cujusque
Diœcesis consuetudinem.*

Canon IV. *Ad Synodum Episcopa-
lem omnes conveniant, qui de jure, vel
consuetudine interesse debent: deficientes
pœnis consuetis, contumaces gravioribus
arbitrio multentur Episcopi.*

Canon V. *Statuta item alia omnia
ecclesiastica conciliorum, decretorum, Et
Canonum sacrorum, quæ in hoc concilio
provinciali comprehensa non sunt, Epi-
scopi diligenter pro ratione temporum,
locorum, Et personarum observari cu-
rabunt.*

Canon VI. *Celebrabitur proximum
concilium provinciale, Et primatiale, an-
no Domini millesimo quingentesimo octua-
gesimo septimo: incipiet die decima quinta
Mensis Augusti, in civitate Ruthenensi.
Si tamen injuria bellorum, Et temporum
tutus non fuerit accessus, significabitur lo-
cus alius opportunus reverendis Coepisco-
pis, Et fratribus nostris, ceterisque, qu*

ad concilium invitari debent: in quo Epi-
 scopi Comprovinciales rationes reddent,
 qua fide, & diligentia statuta hujus Con-
 cilio in locis sibi subditis servanda cura-
 rint, & quæ reformatione in posterum in-
 digere adverterint, fideliter referent.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1584.

Huic ergo Concilio præter Præsi-
 dem subscripti leguntur tres Episcopi,
 Floranus, Cadurcensis, & Lemovicen-
 sis unacum diversarum Ecclesiarum
 Deputatis: Vocatus equidem erat ad
 hoc Concilium Puteus Episcopus Ani-
 ciensis, qui per literas testatus est, se
 non posse huic Concilio interesse pro-
 pter occupationes, & bellorum motus:
 probaturum tamen, quæcunque de-
 terminarentur, statuerentur, ea que a suis
 subditis diocæsanis observari curaturum
 spondit. Postea summus Pontifex con-
 firmavit cuncta hujus Synodi decreta
 edito diplomate Apostolico die quinta O-
 ctobris anno sequenti millesimo quingen-
 tesimo octuagesimo quinto: quapropter
 Bituricensis Archiepiscopus ea Mense se-
 quenti publici juris fecit.

§. CXIV.

*Festum S. Annæ per Gregorïi XIII.
 diploma institutum.*

Quantumvis sanctæ Annæ festivitas *B. M. t. 2.*
 in pluribus privatis Ecclesiis jam *Consi. 87.*
 jam solemnè ritu celebraretur, fidelium *pag. 504.*
 O a pietate